



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita S. Liborii Episcopi, Calcvo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

§. IX. Solennitas, qua S. Liborii reliquiae ab Ecclesia Amerina exceptae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9573**

46 VITA S. LIBORII PATRONI

quoque Cardinalium collegio nonnulli, & alij Principes, ad eum venerandum Ameriam ventitent. sculpta eius imago: Curauit idem Abbas Carlenus, Capituli Amerini rogatu, eiusdem Diui imaginem, uti Paderbornæ pingi solet, in æs incidi, & Gaudetio Polo de Casciâ, Amerino Antistiti dicauit: cuius imaginis vndique per Italiam exempla expetuntur, certis identidem hominibus, qui ea impetrant ac deferant, Ameriam allegatis.

Vita hic seorsim edita:  
donationis instrumen-  
tum: exceptionis celebritas.

57. Vir idem religiosissimus, suo me potissimum hortatu permouit, ut S. Liborij res gestas, miracula, translationes, quas non nisi ad XXII. Iulij in Operè de Sanctorum Actis statueram in lucem proferre, recognoscerem ac seorsim ederem:

58. Publicum instrumentum quo donatas à Paderbonensibus eas Reliquias fuisse constet, Monasterij legitimè confectum, cum Actis Ecclesie Amerina dabimus.

§.IX. Solennitas, quâ S. LIBORII reliquiae ab Ecclesiâ Amerinâ exceptæ.

S. Liborij reliquia, an. 1647. 12. **A**llatis Ameriam S. Liborij reliquiis, solenni supplicationi, quâ in basilicam Cathedram deportarentur, destinata dies XI. Maij, quæ eo anno, à Christi ortu MDCLVII. Dominica erat, tertia post Pascha, quâ & celebritas agebatur S. Mariæ de Foce; eo consilio delecta ab Gudentio Polo eius urbis Antistite, ut qui sacrum illum locum pietatis ergo visissent exteri, ijs deinde in urbem venire,

venire, & supplicationi, quæ horâ XXI. inchoanda erat, interesse fas esset.

60. Pridie secundâ noctis horâ, in futurâ solennitatis indicium, compulsatæ sunt templorum omnium, ac cœnobiorum vrbis totius campanæ, ut reli-gioso eo sonitu plebis permouerentur ad pietatem animi, sensumq; ex eo secuturi triumphi præciperen-t. Sacrarum ædium valuis, locisque alijs publicis, affixum erat programma, quo Episcopus Religiosos populumque invitabat ac hortabatur, ut frequentes adessent, oblatumque sibi cœlestem thesaurum, promptâ deuotione, reddendis Deo gratijs, ipsius Diui implorandâ ope, cohonestarent.

61. Dominicâ verò cantata sub horam XVIII. præclaro symphoniacorum concentu Vesperæ sunt, post Vesperas Aderant cum Episcopo Anciani (ita IV. Viri qui ras supremum Magistratum gerunt, quasi Seniores, appellati, alibi Priores, aut Consules) vrbisque Gubernator: confertum populo templum erat, omnis sexus, ordinis, etatis: conuenerant quotquot inscripti sodalitijs, siue fraternitatibus, ut vocant, prælato proprio cuiusque labaro, saccis de more induiti: ornabant solennitatem eius vrbis Religiosi omnes, pars in templum ingressi, pars coacti foris subsistere.

62. Peractis Vesperis, ordinata supplicatio est, institutâ multitudine omni in locos suos ac procedendi seriem supplicia-distributâ. Antea iam tabernaculo pretioso inclusæ Reliquiæ, à P. Bonaventurâ Capucino ad S. Franciscum ad templum cisci ædem tacitè erant deportatae. Nam inde eas S. Franciscus supplicantibus ut ad Cathedrale templum transferrent, statutum fuerat.

63. Pri-

*precedenti-  
bus sodali-  
tys ciuium,* 63. Prima processus Sanctissimi Sacramenti  
sodalitas, quæ trecenta circiter censebat capita, albo  
sodalium inscripta. Eam sodalitas mortis seque-  
batur, hanc SS. Ioannis & Pauli, tum S. Rochi,  
S. Sebastiani, Misericordiæ, S. Augustini, S. Fir-  
minæ: singulis præter proprium labarum, Crucifixi  
effigies, aliaque publici decoris insignia præsere-  
bantur.

*Religiosis,*

64. Inde Religiosorum cœtus: Capucini Patres  
omnino xviii. Augustiniani exalceati, Augustinia-  
ni Antiqui; Franciscani Reformati, qui nostratibus  
appellantur Recollecti; ac postremò Conuen-  
tuales Ordinis eiusdem.

*Clero sacer-  
lari,*

*Canonici;*

*sequente  
Nobilitate  
& populo-*

65. Sequebatur basilicæ Cathedralis Capitu-  
lum, Cruce prælatâ: anteibant xii. adolescentes è  
Seminario Patrum Somascorum: deinde Clerus  
omnis, Presbyteri ac Pastores totius urbis: tum Ca-  
nonici, quos Episcopi Vicarius sequebatur inter duos  
verimque Canonicos mediis: ipseque tandem Episco-  
pus, pontificali cappâ indutus, claudentibus ei de  
more latera duobus, qui dignitatem gerere in  
Capitulo dicuntur. Post hos Illustrissimi DD.  
iv Viri Anciani, ac Gubernatori illorūmque Ta-  
belliones, & qui ex Officio quique è familiâ singu-  
los affectari solent: postremò multitudo propè innu-  
merabilis Nobilium, ciuium, opificum, tum qui in  
urbe degebant, tum quos aliunde sua pietas publi-  
câque deuotio exciuerat.

66. Ut ad S. Francisci ædem supplicatio perue-  
nit; ad episcopale solium, isthic iam paratum, Anti-  
stes accessit, cappâque depositâ, pluuiiale & mitram  
sumpsit:

sumpsit: postea ante principem aram, de manibus ibi ab Episcopo in alio tabernaculo, intra quod conditum est, Reliquiae erant, accepit, pieque exosculatus, supra altare collatum collocauit, insigni apparatu ornatam, accensis candelis, in ea viginti prægrandibus cereis. Dein à gemino musicorum choro, egregia symphoniam, decantata est in S. Liborij laudem antiphona.

67. Eâ finitâ, processere supplicantes versus templum Cathedrale, eodem quo aduenierant ordine. Ad tum plerique valvas Franciscanæ adis collocarunt. Augustinus <sup>altas faces</sup>, Carlenus <sup>gerentibus</sup> Canonicus Sacerdotes duos, qui singulis supradictorum sodalitiorum Confratribus, ut vulgo se appellant, ac Religiosis, & plerisque Nobilibus, aduenis aquæ ac urbanis, faculam è cerâ virgine traherent: Canonicis verò ac Præsidibus religiosarum congregationum, nec non Ancianis & Gubernatori, fax trilibris est data, vt & duodecimi adolescentibus Nobilium liberis, qui Angelico cultu ornati, eleganti ordine sacras Reliquias precedebant, quas ab eodem Antistites sub magnifica umbellâ, tabernaculo inclu deportatae, sas gestabat.

68. Milites prædiarij, ex occasione hibernorum hoc anno ibi collocati, omnes in aream, quæ ante eam ædem sita est, educiti, pulcherrimo ordine dispositi, simul atque in conspectum venerunt Reliquiæ, edito à Centurionibus signo, eas festiuâ schlopetorum dispolo- militariter salutata.

69. Ducta supplicatio est ad omnes Amerinæ urbis ecclesias ac cœnobia sanctimonialium. Ac primùm S. Elisabethæ, Ordinis S. Claræ, aditæ ades, <sup>per Religiosarum templa circumdata</sup> exquisito apparatu ornata, altariibus omnibus cereo-

50 VITA S. LIBORII PATRONI

ruin ac facum multipli splendore colluentibus. Hic  
in summo altari positum ab Episcopo Reliquiarum  
tabernaculum, dum à Religiosis ac musicis, conso-  
nante organo, antiphona de S. Liborio cantatur.  
Dein sublati in altum ductisq; in crucem Reliquis,  
populo Episcopus benedixit. Tum ad S. Monicæ cœ-  
nobium Virginum instituti Augustiniani itum, qui-  
bus eā quoque ceremoniā benè precatus est Antistes.

musicā ho-  
norata,

displōsi-  
ne bombar-  
darum,

ad templum  
Cathedralē  
allata,

datā bene-  
dictione,

70. Locuplete ornatu conuestitum Patrum Au-  
gustinianorū templum erat, ac domus: è quā præ-  
tereuntes reliquiæ egregio musicorum concentu salu-  
tata sunt. Idem à cœnobii S. Magni, ac S. Stephani,  
vtroque monacharum Ordinis Benedictini, factum  
quibus benedictio, vt antè alijs, impertita. Ventum  
deinde ad monasterium SS. Catharinæ ac Ioannis  
Euangelistæ, quod fœminæ religiosæ Ordinis S. Be-  
nedicti incolunt: quæ ad reliquum templi, sanè præ-  
diuitem, ornatum, variâ schloporum maiorū displo-  
sione honorari sancti Præsulis exuias curarunt.

71. Quæ ante basilicam Cathedralem iacet area,  
varij tenebant cunei militum, iucundo ad speciem  
sitū: à quibus tum schlopi maiores displosi, tum alia  
bellica instrumenta ad Diui honorem adhibita. Erat  
ipsa basilica splendidissimè ornata. Ad honestandas  
quippe Reliquias, nullis expensis Antistes ipse ac  
Capitulum ciuitasq; pepercerant.

72. Positum utidem in summo altari taberna-  
culum ab Episcopo est, cantataq; à musicis antiphona  
dum interea in templum areamque omnis con-  
uenit supplicantium turba: cui vt benè precatus Epi-  
scopus est; Reliquiæ ad sacellum Sanctissimi Rosa-  
rij

rij delatae, intraq; armarium conditae sunt; ad eam  
rem præparatum, ternis dein clavis occlusum, qua- <sup>reconditas</sup>  
rum vna penes Episcopum afferuatur, altera penes  
Capitulum; tertiam habet Canonicus Carlenus:  
donec eius, fratriq; Abbatis sumptu, nouum con-  
struatur sacerdotalium S. Liborij honori dicandum: dum para-  
cuius hic reliquias ad patriæ ornamentum ac præsi- tur sacer-  
dium, ab Ecclesia Paderbornensi obtinuit: quæ tanto liem:  
sotius Umbriae plausu acceptæ sunt, vt per omne in  
latè Italiā eius rei sparsa sit fama, & inflammati  
hominum animi eximiâ erga nouum hunc Tutela-  
rem, & contra nephriticos dolores patronum,  
pietate.

73. Et verò iam nunc haud pauca memorantur  
eius patrocinio obtenta diuinitus beneficia. Illud cum- <sup>insperata eo</sup>  
primis prodigijs simile habitum, quod cùm maxima eas: <sup>die serenitatis</sup>  
effet aura intemperies imbr̄esque assidui, eo præseritum  
die, in quem solennis indicta erat Reliquiarum trans-  
lato, simul inchoata supplicationis est pompa, subita  
extiterit planeq; insperata serenitas.